Epigramma

LÆTICIÆ ET HONORI MAGNIF.

DN. IOH. GODOFR. ROESNERI

PRÆ-COS. PRÆS. ET PROTOSCH. GRAVISSIMI, DIEM ONOMASTICUM FESTO S. JOH. BAPT. FELICITER CELEBRANTIS,

Inscriptum.

Mille rosas Helicon & mille poemata spargat,
Aurea Pactolus fragmina mille vehat:
Mille adsint fasces & mille tropaea, superna
Gratia si desit, non tamen asse valent.
Non color est auro, non & rosa spirat odorem,
Non favor aut regum fulgida sceptra juvant.
Gratia si præsto est, tenebris & sidera lucent,
Morte & vel media lux peramica redit.
Dulcior ambrosia est & vincit Hymettia mella
Gratia, præ Phœbo præque adamante nitet.
Hanc TIBI mente precor devota, magne Thorunî
PRÆSES, Johannis dum redit alma dies.
Gratia dia Tuos fasces curasque secundet,
Omnigena stillet prosperitate domus.
Hæc TIBI murus erit, merces, & sella curulis
Gratia, miscebit sideribusque caput.

HILARIIS JOHANNÆIS, OB SUMMAM ERGA MÆCENATEM OBSERVANTIAM, HOC VELUT EPIMETRON ADJICERE VOL. NOMINIS ET FAMÆ ROESNERIANAE

DEVOTISS. CULTOR
IAC. ZABLERVS.

3388

Epigramma

LÆTITIÆ ET HONORI MAGNIF.

DN. IOH. GODOFR. ROESNERI

PRÆ-COS: PRÆS: ET PROTOSCH. GRAVISSIMI, DIEM ONOMASTI[CUM]
CUM FESTO S. JOH. BAPT. FELICITER CELEBRANTIS,

Inscriptum.

Melliferas Helicon & mille poemata pangat,
Aurea Pactolus fragmina mille vehat;
Mille adsint fasces & mille trophæa, superva[cua]
Gratia si desit, non tamen illa valent.
Non color est auro, non & rosa spirat odorem.
Non favor aut regum fulgida sceptra juvant.
Gratia si præsto est, tenebris & sidera lucent,
Morte & ex media lux peramica redit.
Dulcior ambrosia est, & vincit Hymettia mella
Gratia, præ Phœbo præque adamante nitet.
Hanc TIBI mente precor devota, magne Thoruni
PRÆSES, Johannis dum redit alma dies.
Gratia dat Tuos fasces currusque secundet,
Omnigena fulciet prosperitate domus.
Hæc TIBI muneris erit merces, & sella curulis
Gratia, inferebit sideribusque caput.

IN ARRIS JOHANNÆIS, OB SUMMAM ERGA ME GE-
NATEM OBSERVANTIAM, HOC VELUT TESSE-
RAM ADJICERE VOL. NOMINIS ET FAMÆ
ROESNERIANÆ.

DEVOTUS CULTOR
IAC. Z[illegible]